

ria gravibus feminis commendentur, aut simul habitantes, insi-
 cera se custodiant, ne passim vagando Ecclesia ledant existimati-
 nem. Synodo Trullana canone 44. Quia vitam exercitatoriam ali-
 quibus, & in monasteriis sunt constituta, ne omnino exeat. Et
 can. 47. Ne in vicorum monasterio mulier, neque in mulierum vi-
 domini: si quis fecerit, clericus, & sicut laicus, excommunicatur. E-
 patenti can. 38. Monasteria nullatenus nisi probate, & a-
 tis prececa, ad quoscunque eorum necessitates, vel ministraciones
 laici permittantur intrare. Cabilonensis sub Carolo can. 63. Nul-
 lus vassallus, Abbatissæ minister aliquis, nec clericus, nec laicus cla-
 vstra ancillarum Dei ingreditur, nisi forte, quando necessitas operan-
 di incumbit. Alia juris testimonia congregaverunt Anton. Aug.
 in epitome jur. Pontif. lib. 9. tit. 18. Gibalinus de clausura disq.
 1. c. 1. n. 5. & nos plura dabimus in c. monasteria 8. de vi-
 ta, & honest. cleric. Ut ergo hæc disciplina Ecclesiastica serva-
 retur, ne videlicet moniales e monasterio exirent, aut extra-
 nei in eum ingrederentur, omni avo observatum fuit, ut una
 ex illis que in monasterio primæ erant, ab Abbatisa custo-
 dia monasterii præficeretur, quæ cultus in presenti dicitur.
 Cui ministerio prepositum fuisse S. Ephrasiam refert Sarius
 in mense Augusti; ex quo, & aliis Patribus ad probat Tambur.
 de iure Abbat. disp. 18. quest. 2. Quo sensu cultus in presenti
 textu accipitur pro moniali clausuræ monasterii preposita.
 d. Procurator.) Cum enim causa esset Ecclesiastica, & co-
 ram R. Pontifice disceptaretur, potuit clericus in ea conti-
 tuari procurator, cap. cum M. de consil. pro laicis enim, & co-
 ram iudicibus laicis, clericis negotia procurare non licet, c.
 2. ubi dicimus, ne clericus, vel monach.
 e. Celebraris.) Alia enim moniales elegerunt R. custodem
 in Abbatiam monasterii, alia vero aliam; unde super iis ele-
 gionibus præfens lis vertebatur, ut conitat ex cap. ad proban-
 dum, de re iudic.
 f. Coram nobis.) Ex his verbis deduci videtur moniales posse
 iustitiam proficiscenda causa e monasterio exire, & R. Pontifi-
 cem adire; quod illis olim licuit facile probatur ex Conci-
 lio Veranensi, seu in Palatio Veri celebrato temporibus Pipi-
 ni, c. 6. Tardem III. temporibus Caroli Magni c. 30. Cabi-
 lonensis, quod imperante, c. 37. Moguntino sub Rabano
 c. 13. & 16. ubi prohibetur, ne deinceps Abbatisa exeat e

monasterio, nisi urgente jussione Regia, seu hostilitate cogente.
 Sed adhuc credendum in presenti causa non per se, sed per pro-
 curatores coram R. Pontifice moniales comparuisse, quod evin-
 citur ex illis verbis, clericus procurator, & illis, clericus qui pro
 eorum negotio venerat. Ex quibus deducitur, ipsos clericos, ut
 procuratores monialium comparuisse: sed procuratorum proprie-
 tatem, qui abentis negotia curat, h. si lit. c. Theodos. de
 cognitoribus, Ciron. ad tit. de procur. ergo supponit Pontifex pro
 monialibus abentis clericos, ut procuratores comparuisse.
 g. Resignatione.) Resignationis vox variis habet significa-
 tiones: plerumque significat, quod signatum est aperire, h. si re-
 stitutum; ff. qui testamentum, l. 2. ff. ad Cornel. de falsis, Plau-
 tus in Trinomio. Cicero lib. 1. epist. 7. & in epist. ad Mace-
 nat. plerumque significat perfecte signare. Virgilius lib. 4.
 Æneid. libi.

Et lumina morte restituit;
 In presenti tamen accipitur pro reddere, aut restituere; quod
 modo etiam sumitur apud Horatium lib. 3. od. pen. Restituit
 que dicitur: & lib. 1. epist. 7. Cuncta resigno. Quare, ut ju-
 beat Innoc. ante omnia cuncta esse restituenda, ait esse resi-
 gnanda.

Scholasticum.) Scholasticus in utroque jure, & apud
 potioris note Auctores accipitur pro Advocato. Conc. Sardic.
 c. 10. Scholasticus de foro Episcopi fuerit popularis. Atric. c. 99.
 Constituentis Scholasticus: l. 2. C. de iure Advocatorum, quæ est
 lex 2. C. Theod. de concess. Advoc. D. Aug. 11. 7. in Joannem.
 Qui habent causam, & volunt supplicare Imperatori, querunt ali-
 quem Scholasticum iuris peritum; Plinius, Pallad. & alii relati
 a Baronio in martyrol. die 6. Febr. Synesius, Basil. & Theo-
 doretus, ex quorum epistolis probat Jac. Gothofr. in d. l. 2.
 C. Theod. Unde cum pro viro docto, & literis polente scho-
 lasticus communiter acciperetur, ideo Canonici in Ecclesiis
 constituti in Magistris Scholarum, ceperunt Scholasticis appel-
 lari, ut probant Casar de Ecclesiast. hierar. dist. 13. q. 3. n. 4.
 Herrera in origine sacræ theol. c. 5. Mendo de iure stud. 2.
 18. Quare cum Magistro Scholæ præfens causa commissa esset,
 dicitur delegata Scholastico. Ex hoc textu deducunt communi-
 ter Interpretes, omnia acta per litteras subreptitias, ipso
 jure nullas esse, quod principium expausi superiori commentario.

Scholasti-
 cus Quis

G A P U T XXIII.

a Idem.

Plerumque contingit, quod aliqui (nostris litteris imperatis) illis uti multo tempore postponentes, tum de-
 mum eas exhibent, cum aliarum autoritate ab eis, contra quos primitus litteræ impetrantur, ceperint conveni-
 ri, dicentes posteriores litteras non valere, utpote non factientes de prioribus mentionem. Cum enim non sit mali-
 titis hominum indulgentiam, statimque, ut si quis nostras litteras impetrans, infra h. annum postquam copiam judi-
 cum habuerit, ex malitia, vel negligentia postposuerit uti eis, autoritate posteriorum litterarum valeat conveniri,
 sicut in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

N O T Æ.

a Idem.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit.
 cap. 13. nullibi tamen exprimitur, cui Prælato rescribit
 Innocentius, nec inter eius epistolas hucusque editas reperitur
 præfens textus.
 b Annum.) Quare rescripta debent diem, mensem, & an-
 num continere, alias suspecta de falsitate redduntur, c. inter
 de fide instrum. l. 4. C. de divers. rescriptis, plurim enim interest
 scire diem concessi rescripti: tum ut cognoscatur, si annus
 elapsus sit, ut qui illud impetravit, eo uti non possit, ex præ-
 senti textu: tum ut si post primum secundum expeditur, prio-
 ritas eorum ex data cognoscatur, c. capitulum 30. hoc tit. ob
 quos, & alios juris effectus, de quibus in c. cum se 2. consi-
 sus, hoc tit. c. si eo tempore, eodem tit. l. 6. utriusque juris con-
 ditores itauerunt, ut rescripta, testamenta, contractus, & alii
 actus humani diem, & indicationem continerent; quod ut fa-
 cilius percipiatur, observandum est, olim jure civili inspecto
 constitutiones generales sine die, & Consule prolata auctori-
 tatem habuisse, ut testatur D. August. in collat. cum Donatibus
 die tertia, ibi: Evidentissimi legibus definitum est, Imperialis con-
 stitutio, etiam si Consules non legerint, in dubium non revocari.
 Et paulo post: Etiam si Consules desit, non impedit Imperialis con-
 stitutio veritatem. Quam etiam morem adeo Ecclesia olim ob-
 servavit, ut in Summorum Pontificum decretis, Conciliisque
 sollicitas potius suspicio foret, diem aut Consulem expressum
 habere: idem D. Augustinus ubi supra, c. 17. Hæc de causa Cir-
 tansæ Concilium falsi arguebat quia (inquit) contra Ecclesi-
 sticam consuetudinem Ihsou Christe Concilium dicitur, & Consulem
 habere; licet annus Domini, sive annus gratiæ, aliquando Im-
 peratoris, ac denique Consulum statum non apponi
 consueverit, ut observat Cironius l. 3. observ. c. 7. & ad hunc
 titulum c. Mendosa l. 1. Consi. libet. c. 10. Idem fere in ci-
 vilibus Constitutionibus evenit, ut scilicet diei, aut Consulis
 defectus veritatem non infringeret, solemnitate tamen lederet;
 veluti in testamentis testatur Modest. l. 3. regul. sub tit. de bo-
 nis libet. & testam. apud Pitheum ante collat. legum Mosæ, ibi:
 Cum testamentum dicitur, & Consules adjecti non sunt, non necesse quom-
 minus valas testamentum; licet in eis adscribi solere indicent
 textus in l. 2. §. item, ff. quomodo, testam. l. 3. C. de test. No-
 vella Justiniani 107. Sic leges, rescripta, pragmaticæ sanctio-
 nes, & ceteræ alia Divales constitutiones postea non sine die,

De die,
 aut data
 rescripti
 ex utroque
 Jure.

& Consule propenebantur, id ita curante Magistro libello-
 num, sive eo abente, Promagistro qui vicem Magistri libello-
 num habebat, epistole officio erat, ut rescriptis, diem, &
 Consulem adiceret: Sic etiam antiqui libelli formula: quam in
 lapide vetusto Romæ stare testantur Briffonius lib. 3. antiquit.
 c. 7. & l. 3. de formalis, Osiwaldus lib. 1. comment. c. 9. Re-
 voridus ad legem 72. ff. de regul. jur. I. Gutherus l. 1. de offi-
 cii domus, c. 3. in quo postquam rescriptum esset ab Antonio
 Pio, Peritum fieri placuit; additur illa subscriptionis clausula,
 Juvencius Celsus Promagistri subscripti tertia nonas Novembrii, An-
 tio, Poliona, & Optiano Coss. Hæc tamen licet ejus studii essent,
 aliquando tamen, aut negligentia omitebantur, vel aratis fe-
 nio in rescriptis, ceterisque constitutionibus deesse solebat,
 ut conjectari licet ex tot constitutionibus, quæ sine die, &
 Consule circumferantur, ut lex 3. C. ad Trebell. lex 6. C. de
 usucap. pro empt. lex 1. C. de hered. insti. lex finalis, Cod. si
 per ignor. lex 1. C. qui admittit, lex stipendia 9. C. de procur.
 lex 4. & 5. C. de iure fisci, lib. 10. lex 2. de decur. eod. lib.
 2. lex 2. C. ut in possess. lex 1. C. de patria potest. lex 4. & 5.
 C. de iure fisci, lex 3. C. Theodof. de consil. Principum, & in al-
 liis, quæ tamen non auctoritate carebant, antequam relate
 eissent in corpore juris a Triboniano, nec postquam fuerunt
 relate, si in aliis Codicibus inveniantur, qui Justinianum
 præcesserunt. Hæc tamen mutata fuerunt Imperatoris Constans-
 tiani constitutione, quæ refertur in l. 1. C. Theodof. de diversis
 rescriptis, scripta ad Lufyanos, ut habetur in Codicibus Joan-
 nis Pili, Cujacii, Pitheii, licet in Codice Justiniano in l. 4.
 eodem titulo, legatur ad Lufyanos, mendose, ut etiam in sub-
 scriptione Samaritæ, cum non nisi Sabaræ, legi debeat, de qua
 Hispania urbe egi in subscript. Consi. libet. Hæc itaque Con-
 stantiani lege fuit sancitum, ut deinceps edita, & constitu-
 tiones, quæ sine die, & Consule fuisse deprehensa, auctori-
 tate carerent, Baronius anno 312. num. 15. quod & Gratia-
 nus ad suum retulit decretum in c. dicens, 25. qu. 2. & in
 ordinationibus Episcoporum, & Clericorum idem statutum fuit
 in Consi. Milevit. idemque firmavit Imperator Lotharius in
 legibus Langobard lib. 2. tit. 38. ibi: In hisbus Italia, que sunt
 absque mensis, & die mensis, nullam habent vigorem. Iustinianus
 tamen idem abrogavit, statuens non vitari rescripta, eisi si-
 ne die, & Consule referantur, si relate fuerint in corpore ju-
 ris, leg. unica, §. penul. Cod. de novo Codice faciend. ad quod
 jus respiciens Tribonianus, transcribens dictam Constitutioni
 con-

COMMENTARIUM.

constitutionem ex l. 1. Cod. Theodof. de divers. rescriptis, in l. 4.
 C. eod. tit. pro illis verbis, si qua post hæc edita, sive consti-
 tutionis; substituit, si qua beneficia personalia; quasi tantummo-
 do de beneficiis personalibus, sive privilegiis id dici posset,
 cum non sit (utpote quia quotidie conceduntur) relate in
 corpore juris, nec die, ac Consule indigeant, ut tempus com-
 putetur (per Consules enim tempus probatur, l. si arbitret
 28. de probat.) intra quod ea infirmari, & allegari oportet,
 si temporalia sint, l. 2. C. de delictis, rescripte. vel ut intelligatur;
 an jam sint sub generali revocatione contenta, quæ ab Im-
 peratoribus initio sui Imperii frequenter fiebant, l. privilegia
 C. de pagani. Aequius sane voluit Constantinus, ut omnem
 falsitatis suspicionem a rescriptis, & constitutionibus amove-
 ret, quod non facilius, aut evidentiis, quam per diei, aut
 Consulis adjectionem convincitur, leg. cum tabernam 34. §. 1.
 ff. de signor. & ea ratione in instrumentis apponebantur, lib.
 1. §. aditiones, ff. de eisdem: Cicero lib. 13. epist. 29. D. Au-
 gust. in comment. ad Lucam: Nam si Consules, ait, adscribuntur
 tabulis emptoris, quanto magis resumptionem omnium debuit tempus
 adscribi. Hæc ergo omnia, qua in contradietibus esse consueverunt.
 Et l. optimam, C. de contrah. stipul. l. 2. §. ult. ad Terrill. Ita
 etiam observatur in libellis acculatoris, l. 8. C. Theodof.
 de iuris. & in apochis publicis, l. 1. Cod. de apochis publicis,
 lib. 10. Scriptura etiam non valebat, nisi annus, & dies evi-
 denter ostenderetur, ex legibus Aleman. c. 43. Vuisgoth. lib.
 2. tit. 5. l. 1. 7. & 16. & Capitul. Caroli l. 7. cap. 146. &
 apud nos falsitas inde arguitur, l. 2. tit. 5. l. 4. recopit. ob-
 servatur Cironius ad hunc titulum, Div. Nicolaus de Castro
 in princip. institut. de empt. & vendit. num. 77. & in l. ad re-
 parationem, num. 2. C. de aqueductu, Osiwaldus lib. 1. ad Donei.
 cap. 9. tit. 9. & lib. 23. cap. 6. lit. H. Covar. pract. quest.
 20. num. 2. Gajacius lib. 10. observ. cap. 14. Amaya in l. 2.
 Cod. de herentio. num. 4. Petrus Burgius lib. 1. sect. cap. 11.
 Samuel Pecius ad jus Agric. lib. 2. pag. 119. §. 320. Briffon.
 l. 3. sect. cap. 7. Altamirano de filiis offic. lib. 3. in princ.
 Cironius in paratit. ad hunc titulum, & lib. 3. observ. cap. 7.
 Gutherus lib. 3. de offic. domus, cap. 36. Borel. l. 2. de Magist.
 cap. 14. Hæc ratione non semel olim Imperatores, qui Con-
 stantianum secuti sunt, diem rescriptis non solum apponebant,
 sed geminabant, & cum Quæstor eorum constitutionibus sub-
 scribebat, diem etiam addebat, postquam Princeps manu
 subscripsisset, addita etiam die, ut videre est in constitutio-
 nem Justin. de filiis libet. & in alia Imperatoris Tiberii de fi-
 liis colon. & libet. in novellaque Justiniani 114. cap. 13. Ita-
 tuitur, ut divine iustiones subscriptionem habeant gloriosissimi
 quæstoris, unde in una, eademque constitutione quatuor
 diversos dies aliquando notatos inveniri observavit Cujacius
 in l. finalis, Cod. de petis. honor. sublat. Gothofredus ad dict. con-
 stitut. Tiberii, & Gutherus lib. 1. de officio domus, c. 35. Brif-
 fonius de formalis, pag. 316. Et cum post Constantianum duo
 Consules designarentur, unus Romæ, alter Constantinopoli,
 rescripta, & constitutiones, quæ promulgabantur Romæ, an-
 tequam sciretur, quis Constantinopolim nuntiatus esset, promul-
 gabantur sub hac forma, A. & qui fuerit nuntiatus, Consu-
 libus, l. fin. C. de bonis vacant. lib. 10. l. fin. Cod. Theodof. de
 heret. l. ultim. Cod. de petis. sublati, l. ult. C. de Princip.
 agent. lib. 1. Cod. de castrensis, in Theodof. l. 4. C. 5. C. de
 his qui ad Eccles. consil. Jure etiam canonico frequentius rescriptis
 & epistolis decretalibus indicio adhibebatur, ut constat ex
 epistolis Gregorii Magni, & prædecessorum suorum. Tandem
 Innoc. III. loco indicationis nominis Pontificatus apponere coepit,
 cum alii annos tantum Domini apponerent, ut observa-
 vit Cironius. Ex tunc rescripta sine die, & Consule vires non
 obtinet, d. c. inter, de fide instrum.

Licet regulariter rescriptum secundum non facta primi men-
 tione, nullum sit, juxta tradita in c. 3. hoc tit. tamen si
 ille, qui primum impetravit, dolo, & fraude intra annum
 ulus non sit, secundum sustinetur, quia per lapsum anni pri-
 mum evanuit, & ita secundo impedimentum non præstat, quæ
 exceptio in præfati textu statuitur. Cui consonant textus in c.
 si autem, hoc tit. l. 35. tit. 8. partit. 3. Sed aperte oppositi in-
 detur text. in l. 2. C. de diversis rescriptis, in illis verbis: Fal-
 so adveniat auctoritatem rescriptorum devoluta spatio anni obtinere
 firmitatem suam non oportere, cum ea, quæ ad jus rescribitur, per
 omnia esse debeant, si modo tempus, in quo allegari, vel audiri de-
 bent, non sit comprehensum. Ex quibus verbis expresse deduci-
 tur, rescriptum adhuc clapsio anno sustineri, & vires habere:
 pro cuius tæxus conciliatio cum præfati Innocentii episto-
 la, varia adduxerunt repetentes hic. Baldus, & Felinus disci-
 pularum inter jus civile, & canonicum: Jurecivilis in-
 specto asserunt rescripta esse perpetua; jure vero canonico an-
 nalia, & temporalia: eos sequuntur Decius in d. c. si autem,
 Jafon in l. fin. C. de consil. Principum. Sed cum tam Innoc.
 in presenti, quam Lucius III. in d. c. si autem, non expresse
 dilacerint a jure Casareo, non est cur inducamus diffidium
 inter jus canonicum, & civile, argumento textus in c. secundum
 de novi operis constitutione, cap. fin. 2. de secundis scriptis. Alter
 diffidium hoc conciliare intendunt Rebuffus ad l. Galia, & 27.
 de rescript. in præfati, n. 4. Menoch. de arb. cap. 203. n. 77. as-
 serunt enim textum in d. l. 2. accipiendum esse de rescriptis
 concedentibus jus parti, seu jus partium rescribitur, & ea
 verba, perennia esse debent, sic exponunt, id est, quæ ad jus
 observationem rescribitur; illa enim sunt perpetua, sicut &
 ipsum jus, l. Divi fratres, ff. de jurapat. l. 2. C. de consil. Princip.
 c. consilium, de offic. deleg. quorum rescriptorum mementur Plin-
 l. 10. ep. 119. Symmachus l. 10. ep. 42. præfentem vero tex-
 tum procedere in rescriptis iustitiam, quæ comprobatio iudi-
 cium indiget. Sed neque hæc solutio placet, cum nullo juris
 testimonio similis diffinitio probetur, neque Ecclesiæ Patres
 ullibi decreverint absolute, & generaliter rescripta facta ju-
 dicis indigentia non expirare, ut notavit Pachin. l. 8. con-
 c. 67. Nec felicitas Cujac. ad tit. C. de divers. reser. dum exi-
 stimat, præfentem textum procedere inspecto jure antiquo,
 textum vero in d. l. 2. attentum jure noviori: quem rescripti Ger-
 mon. l. 1. notum; c. 14. Quare his solutionibus omittis, ut
 veram adducamus, dicendum rescripta iustitiam, ad jus vide-
 licet observationem expedita, perennia esse, sicut jus ipsum, d.
 l. 2. & ult. C. Theod. eod. tit. Item rescripta ad jus partium
 concessa, eo modo sunt perpetua, sicut est actio, cuius ratione,
 & propter quam impetratur, id est, si decennio durat actio,
 per decennium durabit rescriptum, non ultra, l. ficut, c. de
 preser. 30. vel 40. annor. licet ad excipiendum perpetua man-
 de defendat Germon. ubi supra, sed si impetrato primo rescri-
 pto, secundum super eadem causa impetraret, & qui primum
 impetravit, dolo, vel ignorantia eo intra annum non utatur,
 evanescit primum, & convalescit secundum, non tam per la-
 psum anni, quam per imperationem secundi rescripti conjun-
 ctam cum omissione primi: quo casu rescriptum per anni la-
 psum finiri decidit Innoc. in presenti. Unde si secundum non
 fuisset impetratum, primum perpetuum esse non negaret In-
 nocentius in presenti. Ita post Glossam in d. c. si autem, docet
 Innoc. hic, Castrensis, & Padilla in d. l. 2. Ciron. in paratit.
 ad hunc tit. Germon. & Pachin. ubi supra. Sed si rescripta
 habeant præfinitum tempus, finiuntur eo clapsio, quia omnia
 rescripta expirant juxta voluntatem concedentis, c. ad aures;
 hoc tit. Rescripta autem gratia omni respectu perpetua sunt,
 ex regula Decet. de regul. jur. l. 6. Docent Phebo de 168. ubi in-
 terpretatur text. in l. 1. ff. de mandatis, Padilla ubi supra, qui eo
 modo accipit textus in c. accidentibus, & c. perpetuas, de privil.

3
 Epouit
 les 2. C.
 de divia.
 rescript.

G A P U T XXIV.

Idem a Rhotomagensi Archiepiscopo.

Cum b contingat interdum, quod laici ad monasteria convolantes a suis Abbatibus ronsurentur, Ap. Sedis oraculum
 requisisti, an Clericatus ordo in consura hujusmodi conferatur? Super quo fraternitati vix taliter respondemus,
 quod cum in septima Synodo sit statutum, ut Lectoris manus impositionem licentia fit unicuique Abbati in proprio
 monasterio solummodo faciendæ, dummodo ipsi ab Episcopo secundum morem præficientorum Abbatum manus im-
 positio facta noscatur, & constat cum existere sacerdotem, per primam tonsuram a talibus Abbatibus juxta Ecclesiæ
 formam datam, clericalis ordo conferatur. Præterea cum quidam super aliquo litigantes, ad diversos iudices litteras
 impetrant, quorum quidam obtinent a parte altera tibi mandant, ut partem adversam denunties excommunicationis sen-
 tentia subjacere; alii iudicibus postmodum injunguntibus, ut eandem denunties absolutam: queris a nobis, an utrius-
 que, vel neutris faltem obedire debeas in hac parte. Super quo tux prudentiæ respondentes, credimus distinguendum,
 an cum primum mandatum recepisse dignoscere, tibi forsitan innocui inter illos, & alios super jurisdictione discor-
 diam fulscitatum; an super hoc nihil omnino c. scivisti. Et quidem si super contentione hujusmodi nihil tibi peni-
 tus innotescit, an primum mandatum recipere te contingit, illud debes humiliter executioni mandare. Sed si pos-
 tea contrarium tibi ab aliis demandetur, tunc litterarum ab utroque a Sed. Ap. obtenturam copia postulat, quas au-
 thoritate præfentium distinde præcipimus exhiberi; si ex ipsarum tenore deprehenderis evidenter, ita quod non sit
 aliquatenus hæsitandum, quod litteræ, quæ ad illos, a quibus secundum mandatum receptoras, impetratæ noscuntur,
 expresse revocent litteras aliorum, tu illud inreperidus exequaris, quod secundo tibi loco mandatur. Si vero ex lit-
 terarum inspectione manifeste tibi constet, quod litteræ obtentæ ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias
 minime revocant, secundum mandatum nullatenus exequaris. Quod si super hoc tibi fuerit merito dubitandum, ad
 exequendum secundum mandatum te procedere non oportet, donec juxta cusdam nostræ constitutionis tenorem, in-
 ter eos hujusmodi contentio sopiatur: & id ipsum facere debes, si primo mandato recepto, & nondum executioni
 man-

ap. Sedis oraculum
 Super quo fraternitati vix taliter respondemus,
 quod cum in septima Synodo sit statutum, ut Lectoris manus impositionem licentia fit unicuique Abbati in proprio
 monasterio solummodo faciendæ, dummodo ipsi ab Episcopo secundum morem præficientorum Abbatum manus im-
 positio facta noscatur, & constat cum existere sacerdotem, per primam tonsuram a talibus Abbatibus juxta Ecclesiæ
 formam datam, clericalis ordo conferatur. Præterea cum quidam super aliquo litigantes, ad diversos iudices litteras
 impetrant, quorum quidam obtinent a parte altera tibi mandant, ut partem adversam denunties excommunicationis sen-
 tentia subjacere; alii iudicibus postmodum injunguntibus, ut eandem denunties absolutam: queris a nobis, an utrius-
 que, vel neutris faltem obedire debeas in hac parte. Super quo tux prudentiæ respondentes, credimus distinguendum,
 an cum primum mandatum recepisse dignoscere, tibi forsitan innocui inter illos, & alios super jurisdictione discor-
 diam fulscitatum; an super hoc nihil omnino c. scivisti. Et quidem si super contentione hujusmodi nihil tibi peni-
 tus innotescit, an primum mandatum recipere te contingit, illud debes humiliter executioni mandare. Sed si pos-
 tea contrarium tibi ab aliis demandetur, tunc litterarum ab utroque a Sed. Ap. obtenturam copia postulat, quas au-
 thoritate præfentium distinde præcipimus exhiberi; si ex ipsarum tenore deprehenderis evidenter, ita quod non sit
 aliquatenus hæsitandum, quod litteræ, quæ ad illos, a quibus secundum mandatum receptoras, impetratæ noscuntur,
 expresse revocent litteras aliorum, tu illud inreperidus exequaris, quod secundo tibi loco mandatur. Si vero ex lit-
 terarum inspectione manifeste tibi constet, quod litteræ obtentæ ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias
 minime revocant, secundum mandatum nullatenus exequaris. Quod si super hoc tibi fuerit merito dubitandum, ad
 exequendum secundum mandatum te procedere non oportet, donec juxta cusdam nostræ constitutionis tenorem, in-
 ter eos hujusmodi contentio sopiatur: & id ipsum facere debes, si primo mandato recepto, & nondum executioni
 man-

mandato tibi forsan innotuerit, quod inter se, super jurisdictione videlicet demandata, coeperint disceptare. Ceterum in his omnibus parum, & providam te convenit intentionem habere, ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas, ubi dubitandum non est; vel ad mandatum etiam exequendum te assersas esse certum, ubi certus esse non debes. Licet autem ex his certa tibi deur doctrina, qualiter in hujusmodi debeas te habere, nulla tamen attribuitur potestas, ut inter delegatos, aut partes de jurisdictione debeas ad iudicare. Insuper requisisti, cum quis conquiretur, in se a suo Episcopo post appellationem ad nos legitime interpositam, vel alias excommunicationis sententiam promulgatam, & nos iudicibus damus nostris litteris in mandatis, ut si ita est, vel iuxta formam Ecclesie illi beneficium absolutum impendant, vel eandem sententiam denuntiant, nullam esse: ac Episcopus paratus sit probare, se in illum antequam vocem appellationis emitteret, vel alias iuste hujusmodi sententiam protulisse: ad probationibus admisis, iudicibus liceat excommunicatum absolvere, vel denuntiare sententiam nullam esse. Ad quod tibi taliter respondemus, quod supra jam dicto casu non consuevimus, si bene meminimus, sub prescripta forma iudicibus scribere, sed sub ista, ut videlicet, si excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitime interpositam inveniunt esse latam, ipsam denuntiantes penitus nullam esse, audiant si quid fuerit questionis; alioquin recepta iuxta formam Ecclesie cautione, impendant absolutiois beneficium competentem; & in iuncto sibi, quod de iure fuerit iugendum, arduam causam, & eandem sine debito terminare procurent. Sed si forsan appareat, nos in jam dicto casu sub prenotata, quandoque forma scripsisse, & in altero utriusque casuum predictorum, cum videlicet quis conquiretur, se post appellationem ad nos legitime interpositam excommunicatione fuisse notatum, semper utriuslibet partis probationes sunt admittende, antequam ad decernendum super hoc aliquid procedatur: per quas denique apparebit, an absolutioe indigeat conquirens, vel denuntiandus sit potius non ligatus. In reliquo vero casu, cum videlicet excommunicatum quis se asseverat iniuste, vix unquam ejus est, antequam absolutus fuerit, probatio admittenda, nisi tunc tantum, cum asserit in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse parenter expressum, ad quod probandum admittitur, antequam absolutiois gratiam consequatur. Verum si propanet se simpliciter excommunicatum iniuste, ac Episcopus ad probandum, quod iuste ipsum excommunicaverit, suas postulat probationes admitti, non est ante absolutioem illius aliquatenus audiendus, cum est per certo constaret in illum rationabiliter excommunicationis sententiam fuisse promulgatam, nihilominus ei effecti absolute secundum formam Ecclesie impendenda humiliter postulanti. Et ideo in hoc casu credimus iuxta formam Ecclesie protinus absolvendum, ut se demum probationibus utriusque partis admisis, utrum iuste, an iniuste ligatus fuerit, decernat. Datum Laterani Kalendis Septembris, anno 13.

NOTÆ.

Rotomagensis. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 1. & in ipsi etiam epistolis editis a Bolquetio lib. 1. regelo 13. ep. 127. In presenti rescribit Innocentius Roberto de Pullo, qui Ecclesiam exiit ab anno 1208. usque ad annum 1221. ut referunt Fratres Sarmatani tom. 1. Gallie Christiane, fol. 584. Chenutius in Chronologia Gallie, in ipsa Rotomagensi Ecclesia, Bolquetus ad Innoc. III. lib. 2. epist. 125. Prefatus episcopus in partes divisa fuit a B. Raymundo, pariter in presenti, pariter in c. cum contingat, de statu, & qual. c. cum contingat 36. de offic. deleg. Eam tamen ex collectione Bolqueti integram, & redivivam reddimus. Per quoniam contingat. Usque ad illa verba, preterea, &c. referuntur in c. cum contingat, de statu, & qual. ubi ea exponimus. c. si. isti. Per famam, denuntiationem, vel alio modo, ut exponunt Glossa in presenti, Anton. August. in notis ad quartam collectionem, in nostro textu. d. iudicare. Ex his verbis deducitur, quod licet exequatur possit petere, ut sibi exhibeatur littera, vel acta iudicialia, non tamen potest iudicare, aut ullam sententiam proferre, ut post Zabarella, Abbatem, & alios docet Pereja de

instrum. edit. tit. 7. ref. 2. n. 8. Sed aliqui aucti sunt in presenti asserere, Innoc. nostrum contra Juliani regulam in l. de qua re 74. ff. de re iudicata, rescripsisse, siquidem ibi traditur, quod de qua re cognoscit iudex, & de ea quod pronuntiat cogendus est; sed Archiepiscopo in nostro casu competit cognitio litterarum: ergo necesse est competere illi ius proferendi sententiam. Sed sic differentes misere labantur; nam potius certum est, exequatorem meram partes iudicis assumere non posse, nec sententiam proferre, l. si ut proponit 7. C. de except. rei iudicata, & nos late tractabimus in c. pastoralis, §. quia veros, de offic. deleg. Unde Archiepiscopus, qui tantum exequatur erat, requisitus a delegato Pontificis non poterat iudicare. Nec tunc refragatur Juliani regula, quae vera est; sed superest, ut probetur, in nostro textu cognitionem competere Archiepiscopo, quod nos negamus, & Innoc. non affirmat: tantum enim Archiepiscopo competit nuda inspectio litterarum, non vero cognitio aliqua; quae enim ipsam nudam inspectionem, cognitionem causae appellavit? Competit enim Archiepiscopo ius inspectio ipsas litteras, non vero cognoscendi de causa, ut docet Bolq. d. ep. 125. Quae ad hujus textus expositionem spectant, petenda sunt ex commentariis textus in cap. pastoralis, hoc tit. cap. pastoralis, §. quia vero, de offic. deleg.

G A P U T XXV.

Idem G. de Vallibus, Magistro G. & P. de Fimis, Canonicis a Laudunensibus.

Olim ex litteris dilectorum filiorum Sancti b. Nicasi, Rhemen, & Signani, & Vallis d. Regie Abbatum, nostris fuit arduis intimatum, quod cum ad eos semel, & iterum a nobis littere processissent, super eo videlicet, quod R. Clericus S. Remigii & Rhemensem Parochiam de Salice S. Remigii, quam R. f. de Crun, clericus sibi per g. interpositam personam ab Abbate S. Remigii collatam fuisse proposuit, detinebat; ipsi partes semel, secundo, & tertio citaverunt, & dictum R. de S. Remigio, quia citatus pluries comparere noluit per se, vel b. responsum alium coram eis, excommunicationis vinculo innotantes, fecerunt fructus ipsius Parochiae sequestrari. Cumque postmodum idem R. accedens ad eos, se iuri promiserit pariturum, ac obtinuerit se absolvi, ipsi absolutiois ei litteras concedentes, diem in eis assignarunt, & locum, quibus coram eis, quod promiserat adimpleret. Qui diem, & locum ex litteris illis radens, in loco rasura rescripsit, quod ipsi ei sequestratos fructus exhiberi mandabant: quod demum coram duobus eorum, tertio sui absentiam m. excusante, per litteras est n. confessus. Nos igitur cum tanta temeritatis excessus o. falsitatis scrupulo non careret, vobis dedimus in mandatis, ut si res taliter se haberet, ipsi praesumptori super dicta Parochia perpetuum silentium imponentes, praeter R. de Crun clericum assignaretis eandem cum fructibus sequestratis. Verum sicut vos filii S. P. per vestras nobis litteras intimastis, cum dictus R. de Crun rasuram praefatam coram vobis per testes idoneos probavisset, & ob hoc postulasset, sibi dictam Ecclesiam assignari: vos utrum clausula illa (si ita est) de omnibus superioribus, & de articulo tantum rasura deberet intelligi dubitantes, in negotio ipso procedere ulterius distulisti, eligentes secundum hoc potius Ap. Sedis oraculum implorare, quam aliquid temere diffinire. Nos ergo diligentiam vestram in Domino commendantes, taliter diximus respondendum. Quod clausula illa debet ad omnia superiora referri, ad hoc, ut ipsi praefata Ecclesia conferatur. Quia licet vitium falsitatis ad imponendum illi perpetuum silentium super Ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatem hujusmodi perpetravit, non tamen propter hoc eadem Ecclesia est adversaria assignanda, nisi super aliis facta fuerit p. plena fides. Datum Laterani 6. Nonas Martii, Pontificatus nostri anno 15.

NOTÆ.

Laudunensis. In hac texta collectione legitur, Idem Magistro G. & P. de Fimis, in quarta vero collectione, sub hoc tit. c. 2. legitur, S. de Vallibus, Magistro G. & P. de Fimis. Sed perperam, tam in una, quam in alia, quare retituitam inscriptionem, quam litterarum textus ex registo episcoporum ipsius Innoc. III. edito a Bolquetio, ubi l. 3. regelo 15. ep. 6. reperitur extus hoc. Laudunum, seu Laudunum civitas est provincie Belgice secundae, in Campania, & Pichardie continio sita. Habet Ecclesiam Cathedralis cuius erectionem sui verbis refert Sigebertus anno 500. Collatis a Clodoveo Rege multis praedictis Ecclesiis Rhemenfis, Remigius multa eorum parte data Ecclesia Laudunensis, Se-

dem Episcopus tibi constituit. Eius Ecclesie mentio fit in c. 14. c. 16. de re iudic. c. 17. de prob. cap. ex parte 33. hoc tit. Eius Episcopi Duces, & Praes Francie fuit, & Comitum titulo gaudens, propter hereditatem D. Remigii, qui hunc Episcopatum fundavit, ut referunt Fratres Sarmatani tom. 1. Gallie Christiane, fol. 616. Chenut in Chronologia Gallie, fol. 293. b. Nicasi. Recte, non Remanenfis, ut legitur in quarta collectione. Est enim monasterium hoc in urbe Rhemenfi, clarum origine, & progressu celebre, olim vetus Basilica sub titulo S. Agrecolae fuit, a Iovino Romane militia Praefecto constructa ann. 335. ut plura de eo adducunt tradunt Fr. Sarmatani t. 4. Gallie Christi. fol. 681.

Signani. Ita legendum est, non Sargensis, ut vulgo legitur. Signanum enim est monasterium Ordinis Cisterciensis, Diocesis Rhemenfis, in territorio Porciani, de quo plura Sarmat. t. 4. Gallie Christi. fol. 331. Manrique t. 1. Annal. Cisterc. an. 1134. c. 8. n. 2. d. Regia. Vallis Regie est Abbatia ejusdem Ordinis Cisterciensis, in eadem Diocesi Rhemenfi fundata anno 1149. sub B. Bernardo, de quo agunt Fr. Sarmat. d. tom. 4. fol. 900. Manrique Annal. Cisterc. t. 2. an. 1149. c. 9. n. 3. e. S. Remigii. Hec verba desunt in hac sexta collectione, in regesto vero Bolqueti recte adduntur; nam illa Parochia vocatur de Salice S. Remigii, & ejus collatio spectat ad Abbatem S. Remigii, ut notat Bolq. ubi sup. f. De Crun. Non de Crun, ut in hac sexta collectione legitur, nec Crun, ut legitur in quarta collectione. g. Interpositum. Iuxta textum in cap. accedens, de prob. ubi dicemus. h. Responsum. Licet responsum, aliquando dicatur Apocryphum, ut in c. frater noster 16. n. 1. tamen proprie procuratore accipitur, c. cum olim, c. ex parte, de privi. l. sub c. ff. de proce. & merito, nam procurator ideo constituitur a reo, ut respondeat ad ea, quae contra aliquem proponuntur; unde recte responsales appellantur. Hinciaris epist. 17. Ivo Carnotensis ep. 274. n. 1. Responsum tamen non est litterarum, sed monachorum objectionibus obstantem, illum Legato vestro transmissi. Petrus Cellensis ibi: Es sustinetur responsum in dal iudicio contra omnes adversarii allegationes, tam veras, quam falsas constituitur. Doct. Vossius de viciis sermonum lib. 3. c. 42. verb. Responsum. l. Sequitur. Ob contumaciam, cap. ex litteris, de dolo. Mitius cum eo agi notat hic P. Gregorius, cum posset missio fieri in possessionem ex primo, vel ex secundo decreto: sed licet hoc remedium in aliis casibus admittatur, tamen in presenti non poterat procedi ad praedictam missionem in possessionem, quia de beneficio agebatur, & in causis beneficiabilibus non potest dari praedicta missio, cap. cum qui, de eo, qui mittitur in possess. lib. 6. quare in nostro casu non poterat dari possessio ex secundo decreto. Sequatur vero fructus, quia cum possessor esset excommunicatus, eos lucrari non poterat, c. pastoralis, §. 1. de appell. docet Abbas hie, n. 5. l. Litteras. Immo statim, ac comparat, praefata cautione sistendi in iudicio, absolutus est, c. ex parte, & primo de re, f. c. quia fructus, de appell. c. venerabilis, §. secus, de sent. excom. l. 6. ergo necessarium non erant litteras absolutiois, cum absolutio esset ipso iure. Sed haec difficultatis, omnia questione, utrum excommunicatus donec satisfecerit, secuta satisfactione ageat absolute, quam infra disputabimus, dicendum est, quod est ea, quae ad tempus prohibentur, eo elapso sine nova concessione permitti censentur, l. si unus 27. §. si cum reo, ff. de pactis, l. imator, ff. de postul. id tamen procedit, quando tacita concessio sufficit; alia vero observatur, quando expressa iuxta formam juris necessaria est, ut continetur in majori excommunicatione, c. cum desiderat 15. c. a nobis 28. de sent. excom. Ugolin de censur. tab. 1. c. 19. Saye. l. 1. c. 8. tunc etiam excommunicatus, si comparuerit, adhuc absolute indiget,

quamquam, in fin. de censuris l. 6. Clem. 1. de dactis, Clem. 2. de heretic. Ratio est, quia licet contumacia a principio necessaria sit, ut sententia excommunicationis possit proferri, & sacro de sent. excom. ubi tamen lata est, inducit vinculum; quod perpetuo durat, donec solvatur; quemadmodum etiam culpa est causa poenae, & fabula culpa, potest manere poena, ut considerat Marius Alerius l. 4. de excom. disp. 4. q. 1. k. Diem, & locum. quae pertinent ad personam, & sunt diligenter attendenda, cap. Abbat, vobis, praefatus, de sent. & re iudicata, lib. 6. l. Radens. Ubi videlicet annotato temporis recentetur, c. cum venerabilis, de religiosis, in monach. indictionis, c. inter, §. sed contra, de fide instrum. inter alios enim modos perpetrandi falsitatem in litteris Apolicis ille numeratur, quando amovendo aliquid per rasuram, aliquid scribitur, aliquid, §. quanta, de crimine falsi, docet Petrus Gregorius hie. m. Excusante. Tunc si adjecta fuisset clausula, quod si non omnes, duo tantum procedere possent: sed quia non fuit adjecta, ideo cognoscere de causa non poterat, cap. penult. de officio deleg. n. Est confessus. Sed si confessus fuit falsitatem, & suum delictum, ad quid postea causa committitur sub clausula, facta est, cum confessus habeatur pro iudicato c. 2. de confessi 3. & quod magis est, ad quid postea par R. testibus probavit ipsam falsitatem, ut privaretur beneficio, si ipse P. confessus fuerat suum delictum, & falsitatem, ac per consequens propter confessionem ejus in iudicio factam, privandus erata quolibet iudice, l. 1. c. de confessi, c. nec, 2. q. 1. Huic difficultati varietis modis satisfacere intendunt Abbas, Barbata, & Pelinus: sed valde a vero nostri textus intellectu recesserunt: quare eorum interpretationibus omissis, dicendum est confessionem non valuisse ad privationem beneficii inducendam, quia non fuit iudicialis, cum facta fuisset coram duobus tantum iudicibus, cum causa fuisset commissa tribus indistincte sine clausula, quod si non omnes, sicut enim sententia per duos iudices lata non valebat, c. clausum 16. de offic. deleg. ita confessio iudicialis, & hinc uno iudice facta non valet. Glossa 2. & ibi Baldus in diti. c. clausum 16. Hippolytus singulari 309. Certum enim est, confessionem coram iudice competenti factam vires non obtinere, c. ad si clerici, de iudicis, ubi late Vega, Balboa, & Fermosin. Angujan. l. 2. com. c. 26. ergo cum in nostro textu confessio facta coram duobus iudicibus, non fuisset iudicialis, nec competens, ideo sufficiens non erat, ut confessus privaretur beneficio, nisi alio modo constaret de falsitate; docent Angujanus ubi sup. n. 23. Moneta de convic. c. 10. n. 450. o. Serpulo. Idem suspicione; cum enim in Bullis aliquid per rasuram immutatum est, suspicio falsitatis datur, c. licet, venerabilis, de crimine falsi. p. Plena fides. Hinc manifeste deducitur, petentem beneficium, ut proprium, debere probare illud ad se spectare, nec sufficere probare ad jus diversae partis non pertinere, ut pluribus limitationibus, & ampliationibus illustrat Barbata in presenti num. 3. & 4. Textum hanc expolui in c. inter cetera 4. de rescriptis.

G A P U T XXVI.

Idem Episcopo a Imolenfi.

Dilectus filius Abbas b. Sancti Stephani Bononiensis, per suas nobis litteras intimavit, quod cum ipse (cui visitationis officium in civitate, ac Diocesi Bononiensi commissum) B. & A. presbyteros ab Ecclesiis suis propter eorum graves, & manifestos excessus duxerit amovendos, iidem super restitutione sua nostras ad te in communi forma litteras impetrarunt, de g. anotionis suae causa, & excommunicationis, qua tenentur adstricti, nullam facientes penitus mentionem. Nos igitur fraternitati tuae mandamus, quatenus (si ita est) litteras ipsas, tanquam per veri suppressionem obtentas, viribus carere decernas.

NOTÆ.

Imolenfi. Imola antiquitus dicta forus Cornelii, civitas sita est inter Aemiliam, & Cononiam, & Faventiam, quae distat a Ravenna sua Metropoli viginti tantum milliariis: habet Ecclesiam Cathedralis S. Cassiano dicatam, Episcopali Sede decoratam jam a temporibus Ambrasii, ut constat ex eius epistola ad Constantinum Imperatorem missa: plura de origine hujus Ecclesie, & ejus Praefulibus tradit Ugolin. l. 2. talis sacra, fol. 672. Hieronymus, qui tempore Innocentii III. eam Ecclesiam regebat, missa est praefatus decisio, quae reperitur in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 3. b. S. Stephani. Monasterium S. Stephani, & S. Bartholomaei est ordinis D. Benedicti, diocesis Bononiensis, ubi magna reliquia a D. Petronio fuerunt conditae. c. Amovendo. Visitatores enim tempore visitationis possunt amovere beneficiarios suos excessus, c. cum in 22. de re iudicata, c. ex litteris 5. de excessibus Prael. P. Gregor. & Barbata in presenti. d. Amovendi sui causa, & excom. Copulative praescribit Innocentius excommunicationem, & causam ipsius hoc est delictum, in cuius penam excommunicatio inflicta fuit, ut etiam desideratur in c. super eo, de cohab. c. 7. de fide instrum. explicari enim debet facti series, & causa ejusdem facti, ut absolutio impetretur, cum notabiliter Pontifex inde moveri possit ad concedendam, vel negandam ipsam absoluteionem, ut docet pro expositione hujus text. Angujanus l. 1. de legib. c. 6. n. 36. qui ita interpretatur textum in c. pia, de except. l. 6. c. Super restitutione sua. Secus si ut appellaret, vel in causam

appellationis, tunc enim non est necessaria mentio excommunicationis, c. dilecti 11. de exceptionibus. COMMENTARIUM. EX hoc textu repetentes ad ipsam, & relati a Barbata in presenti n. 3. deducunt excommunicationem rescripta impetrare non posse, iuxta quorum mentem, sequentem deducimus disputationem assertionem: Excommunicationis rescripta, tam gratis quam iustis impetrare non possunt, & ab eis impetrata ipso iure nulla sunt. Probant textus in c. ab excom. hoc tit. c. bona, de stat. & qual. c. fin. de proce. c. olim 7. c. dilectus 8. c. dilecti 11. c. significaverunt, de except. c. post 6. ubi Glossa v. Excom. de prob. c. postulasti, de clerico excom. de c. fin. except. c. per iudic. de sent. excom. c. 1. hoc tit. l. 6. Consonat lex 38. tit. 18. p. 3. Illustrant Felin. in presenti, Valdes ad R. Suar. alleg. 13. n. 12. Covar. in c. alma, l. p. §. 7. n. 3. Balboa in p. 2. de excep. n. 3. Bafil. de matrim. l. 2. c. 17. §. 2. Gibal. de consur. disp. 7. §. 7. fol. 252. Suarez 3. ord. tr. disp. 16. fo. 4. Gom. in refer. ad textum in c. 1. hoc tit. l. 5. ubi etiam plures congesti Barb. Salgad. de protestione Regia, l. p. c. 12. n. 151. & p. 2. c. 9. Ant. Ricciol. de iure person. c. 38. 39. & 40. Primarius nosser D. Anon. de Garanna in c. venerabilis, de except. Jo. Carderin. in c. ab excommunicato 14. hoc tit. Sanchez l. 5. consiliorum c. un. dub. 35. Moer. in d. c. 1. hoc tit. in 6. Altessera hie. Sed haec communis assertio difficultis redditur sequenti consideratione, nam impetratio rescripti est actus extrajudicialis, Impugnatae traditae, l. 6. Sed excommunicatus potest peragere actus extrajudiciales, c. veritatis, de dolo, c. solus, in fin. de sent. excom. l. 6. c. inter,

e. inter de donat. c. significasti 6. de eo qui duxit in mar. tenet
Homez in d. c. 1. Riccul. d. c. 38. n. 57. Ergo & rescripta
valet impetrare: augetur hac dubitandi ratio ex eo; nam faci-
lius quis admittit ad impetrandum rescriptum, quam ad
agendum in iudicio, ut vulgo traditur in c. causam 18. hoc tit.
notant Felin. in c. aduersi, n. 5. hoc tit. Sed acta ab excommuni-
nicato in iudicio, si non opponatur exceptio excommunicationis,
ipso iure subsistunt; textus disertus in c. 1. de except. l. 6.
Ergo similiter nulla opposita exceptio contra rescriptum im-
petratum ab excommunicato, debent ipso iure valere.

Qua dubitandi ratione non obstante, verum est excommuni-
 catum maiori excommunicatione ligatum rescripta impetrare non
 posse, nec a Principe Ecclesiastico, nec a seculari, ut docet
 Riccul. d. c. 40. per tot. licet quoad Principem secularium contra-
 rium defendat Suar. de cens. disp. 16. sect. 3. nec solum Principem
 superiorem excommunicatum rescripta impetrare non valet, verum
 et in inferiorum Prælatorum, qui ea concedere possunt, ut rescrip-
 tum Riccul. d. c. 39. per tot. nec interest, an per se impetraverit rescrip-
 tum, an procurator nomine, vel etiam si excommunicatus
 non pro se, sed per alio rescriptum impetraverit, utroque enim
 casu rescriptum nullum est, ut tenent Barb. in d. c. 1. de rescrip-
 tum Riccul. d. c. 38. n. 7. immo si excommunicatus pro se, causa indivi-
 duali non ligato impetravit rescriptum vires habet, & iudici-
 um, nec quoad ipsam, nec quoad locum rescriptum vires habet,
 si autem causa dividua est, & sociis ignorat sociam esse excom-
 municatam, quoad eius partem rescriptum vires obtinet, quia in
 dividuis in capta unius socii non officit alteri, l. 1. §. si quidem,
 ff. quod falso tutor, l. si sponsus, §. si maritus, ff. de dona. tutor. l. si
 tutor, §. de leg. 2. l. si commun. ff. quomodo. l. si tutor, §. per tuas
 de iud. Docent Gom. in d. c. 1. n. 45. & Riccul. d. c. 38. n. 11.
 Adeo autem verum est, rescriptum ab excommunicato impetra-
 tum nullum esse ipso iure, ut est adversarius rescriptum impetra-
 tum, nihilominus rescriptum nullam erit ipso iure. Gemin. in
 d. c. 1. hoc tit. in 6. Felin. in c. fin. de except. n. 2. immo est in ipso
 rescripto concedatur beneficium cum clausula in mari proprio, nihil-
 ominis vires non habet, cum non presumatur rescindendum
 excommunicationem absolvisse. Riccul. supra, n. 13. Amplius, res-
 scriptum ab excommunicato impetratum adeo nullum est, ut non
 inducat litem pendentiam, Gomez in d. c. 1. n. 37. nec si sententia
 profertur contra excommunicatam, valida erit, defendit Ric-
 cul. n. 18. nec si superveniat absolutio, non interest rescrip-
 tum impetratum sit gratis, aut iustitiz, Balboa in d. cap. 4. num.
 30. Covar. d. §. 7. adeoq; utilissima solent apponi: *Texti, a quibusq; ex-*
communicatibus, per eam enim clausulam omne impedimentum
ab excommunicatione proveniens tollitur, excepto eo, quod
per durationem in excommunicatione per annum inducitur, ut
docent Rebuff. in concordant. 7. in d. c. 1. de iuris gratia
num. 14. Quare cum hodie de stylo Curie omnibus rescrip-
tis præmittatur absolutio a censuris, si excommunicatus a R.
Pontifice petat rescriptum, & illi concedatur, vires obtinet,
ut docet cum aliis Riccul. ubi sup. num. 22.

Superioris auctoritas ratio in eo consistit; nam impetratio res-
 cripti præambula est ad iudicium, & ideo cui prohibetur stare
 in iudicio, prohibetur etiam impetratio rescripti, l. 3. C. si si-
 quis ex rescripto: unde servi rescripta impetrare non poterant,
 l. 1. C. de precibus, nec hæretici, c. 2. §. ad huc, de heret. l. 6. sed ex-
 communicatus nequit in iudicio stare, nec ut iudex, c. si sitatus,
 hoc tit. c. ad probandum, de re iudicaria, c. 1. de suspens. l. 6. c. 1. de
 offic. vicarii, eod. l. nec ut actor, c. 2. de exceptionibus, de exceptioni-
 bus, c. 1. eod. tit. l. 6. c. intellectus, de iudicibus, Suar. de censur.
 disp. 16. sect. 3. ergo nec rescripta impetrare, cum ille, qui in-
 habilis est ad consecutivum, repellatur ab antecedente, c. fin.
 de clerico excommunicato, l. exco, §. de sponsal. inde etiam cum
 excommunicatus possit esse in iudicio tanquam reus, dicitur c.
 intellectus, merito in omnibus eius defensionem respicientibus
 potest impetrare rescriptum, c. fin. de exceptionibus, ut ad ab-
 solutionem consequendam, Salgado de protectione, l. p. c. 12. n.
 151. c. p. 2. c. 8. Et cum excommunicato permittatur appel-
 lare, c. cum inter 5. c. singl. de except. c. recet 3. q. 9. Sayr.
 de censur. l. 2. n. 13. potest super appellationem rescriptum
 impetrare, c. fin. de except. c. 1. de rescriptis, l. 6. Salgado ubi
 supra. Hoc tamen permittitur, nec etiam libellos Principi dare,
 & rescripta impetrare, ut constitutum est in c. statim 32. l. 1.
 q. 1. in Concilio Colonienfi sub Carolo III. c. 2. & adversus
 Episcopum degradatum, qui aliquid officii sui attentavit; il-
 le enim in exilium mittitur sine spe veniæ, annullato rescrip-
 to, l. quæsumus 14. C. de Episcop. & Clerici, l. 25. C. Theod.
 eod. tit. referatur a Photio in Nomenclone, tit. 9. c. 10. quod apud
 Romanos observatum legitur; deportatis enim libellum Prin-
 cipi porrigere, aut rescriptum impetrare interdicebatur, l. 7.
 §. relegati 18. ff. de inserd. l. unica, C. de Nili oggeribus: licet
 relegatus permittetur, lib. Divus 33. de re iudicata, lib. de pre-
 cario 2. ad leg. Alodiam de iur. l. docent, & notant Petrus
 Faber lib. 2. senect. cap. 13. D. Nicolaus Anton. lib. 3. de
 exilio, cap. 1. num. 5. c. 6. & sapius laudatus, qui ignoravit
 nili, Præceptor D. Josephus de Retes in notis ad dicit. leg. 7.
 §. relegatus 18.

Nec obstat difficultas supra adducta, cuius majorem nega-
 mus; nam potius verum est, impetrationem rescripti spectare
 ad actus iudiciales potius, quam ad extrajudiciales, c. quoniam,
 de probat. quævis enim impetratio rescripti, sive iustitia,
 sive gratia, extra iudicium fiat, d. c. ex parte, hoc tit. tamen
 per illud datur iurisdiclio in habitu, postea reducenda ad

8
Qui rescri-
ptum impe-
trare pos-
sunt.

9
Tradicitor
ratio ad-
tionis.

10
Distinguitur
dubitandi
ratio.

actum, & ideo iudicialis actus impetratio rescripti iudicatur:
 docet Gomez in d. c. 1. n. 3. Nec augmentum difficultatis re-
 fragatur; nam omnia traditis ab Urano, & Balboa in d. c.
 2. de except. n. 9. dicendum est, acta in iudicio per excom-
 municatum valida esse, non opposita exceptione, rescripta ta-
 men ipso iure nulla esse: Ratio discriminis est, quia tota vis
 rescripti pendet a voluntate concedentis, qui nunquam in
 rescriptis gratiam concedere illi, cui communio Ecclesiastica in-
 terdicta est, d. c. 1. de rescriptis, in 6.

Nostris textus assertioni primo obstat textus in c. prudentiam,
 §. secus, de officio delegati, ubi proponitur Petrus contra Joan-
 nem rescriptum impetrasse, & cum coram iudicibus in code-
 signatis Joannem convenisset, ipse opposuit Petrum esse excom-
 municatum, & sic a iudicio repellendum. Quæstio fuit cor-
 am Cælestino III. utrum si Joannes probaverit esse excommuni-
 catum impetratorem rescripti, debeat repellia iudicio? Haic
 hesitationi Cælestinus III. respondit, quod si Joannes statim
 non probaverit Petrum esse excommunicatum, nullo modo repel-
 latur a iudicio; si autem probaverit censura Ecclesiastica
 esse ligatum, tunc mittatur iudici ordinario, ut ab eo absol-
 vatur, vel ab ipsius iudicibus delegatis, quibus cum concedatur
 principale, conceditur accessorium. Ex quo Cælestini decreto
 colligitur, rescriptum impetratum ab excommunicato vires ha-
 bere; siquidem potest ejus virtute convenire ream, & iudici-
 um in eo designari absolvi. Haic difficultati variis modis sa-
 tisfacere intendunt Interpretes ibi: Glossa in eo textu, verbo
 Vinculo, affirmat rescriptum ipse vires habere, absolute Petro ab
 excommunicatione, quæ per abolitionem convalescit rescriptum,
 & effectum obtinet. Sed hac solutio rejicitur ex supra dictis,
 nam rescriptum impetratum ab excommunicato, adeo est nul-
 lum, ut per abolitionem non convalescat, c. 1. de rescriptis in
 6. quare hac solutione omnia, Hostiensis in eo textu, & alii
 antiquiores, & Barbofa n. 14. exilimant, excommunicatum in
 eo textu rescriptum impetrasse in causa appellationis, aut ex-
 communicationis, & sic rescriptum valere, ex d. c. finali, de
 exceptionibus. Sed etiam hac resellitur; nam si in causa ap-
 pellationis fuisse impetratum rescriptum, excommunicatus non
 indigeret absolute; si quidem potest esse in iudicio, c. in-
 tellectus, de iudicibus, d. c. finali, de exceptionibus. Sed in eo tex-
 tu asseritur necessariam esse abolitionem: ergo quia litere
 impetratæ non fuerunt in causa appellationis. Quare dicen-
 dum est, textum illum esse intelligendum de eo, qui nulla
 censura ligatus impetravit rescriptum a Sede Apostolica, &
 postea antequam litteras præfasset, incidit in excommuni-
 cationem; tunc enim, & rescriptum validum, est, & debet
 absolvi, antequam iudicium inchoetur. Ita Glossa in eo textu,
 latus prosequitur Basilius d. c. 8. §. 2.

Secundo opponitur textus in c. cum contingat 36. de officio
 deleg. ubi proponitur quædam excommunicatum litteras im-
 petrasse ad certos iudices, coram quibus propoluit se excom-
 municatum fuisse a suo Episcopo post appellationem. Quæ-
 stio fuit, an esset absolvendus statim, vel potius iudices de-
 berent pronunciarie excommunicationem nullam fuisse. Cui
 quæstioni Innocent. III. respondit sub variis distinctionibus,
 quas in præfatis referre, nec licet, nec libet: ex traditis au-
 tem colligitur, excommunicatum valide impetrasse rescriptum,
 pendente ipsa excommunicatione. Pro cuius textus explicatio-
 ne, omittis traditis a Lotterio de re benef. l. 1. q. 22. n. 99.
 Sebastiano Casare de Hierarchia, l. p. disp. 5. n. 23. dicendum
 est, in eo textu rescriptum impetratum fuisse ab excommuni-
 cato in causa ipsius excommunicationis; quo casu, ut su-
 pra probavi, valida sunt rescripta ab excommunicato impetra-
 ta. Ita communitur repetentes ad illum textum.

Tertio adversatur text. in c. fin. de procuratorib. ubi proponitur
 universitatem (ubi Majores, & Jurati erant excommunicationis
 vinculo ligati) i consilium procuratorum ad impetrandum res-
 scriptum a R. Pontifice. Quæstio fuit, an procurator ita ab
 universitate constitutus valide possit impetrare rescriptum? Cui
 quæstioni respondit R. Pontifex, procuratorem a prædicta com-
 munitate nominatum valide posse impetrare rescripta, si ipsi
 excommunicati nominati expressi non sunt in constitutione
 procuratoris. Ex quo textu sequens deducitur difficultas: Ge-
 sta ab universitate capiunt robur a majoribus; & regentibus
 ipsam; unde ipsi sunt, qui in causis forensibus præstant iura-
 mentum de calumnia, l. 2. §. hoc autem ff. de iuramento calumnie,
 l. municipibus ff. de cond. & demonstrat. Sed procurator ab ipsis
 constitutus potest in eorum causa rescripta impetrare, ergo ex-
 communicati valide rescripta impetrare possunt. Cui difficultati
 satisfaciendum est cum Butrio in eo textu, n. 5. qui ait, quod
 quidam sunt actus, qui respiciunt administrationem commissa
 regentibus ipsam communitatem, ut regimen ipsius civitatis, &
 similia, quæ ab eis vires capiunt, & invalidi erant ipsi in-
 habilibus existentibus; alii vero iuris actus, qui respiciunt admi-
 nistrationem, quæ tantum competit communitati, ut litem pro-
 sequi, vel alienare bona communitatis, quæ non singularium,
 sed universitatis sunt, c. qui manumittuntur, l. 2. q. 2. & similes
 actus recipiunt vires ab universitate, non a singularibus, etiam
 principaliter regentibus; quæ cum tunc generantur, ab univer-
 sitate robur capiunt, cum aliqui ex ea habiles sint, c. illa, de
 elec. Barbofa in eo textu: unde cum in d. c. fin. licet Majores, &
 Jurati, tamquam excommunicati rescriptum impetrare non pos-
 sint, tamen cum alii habiles essent, recte tam constituto pro-
 curatore, quam imperatio rescripti ab illis vires capiunt.

Expendi etiam possunt text. in c. dilecti 8. de except. c. edifi-
 catio, de iudicibus, juncto Barbofa in d. c. 2. de except. c. signifi-
 caris 6. de off. Ord. cum ibi dicitur.

11
Exponitur
c. fin. de
off. deleg.

12
Intelligi-
tur c. cum
contingat
36. de off.
Dei.

13
Exponitur
c. fin. de
procur.

Postulasti per Sedem Apostolicam edoceri, utrum alicuius Ecclesie h. perpetuo Vicario de proventibus Vicarie,
 & bonique patris habenti, unde valeat commodè sustentari, tenearis per illam communem formam (Cum se-
 cundum a Apostolum) in ecclesiastico beneficio providere. Ad quod sic duximus respondendum: Quod cum per
 formam prædictam necessitatis pauperum clericorum, qui nullum sunt ecclesiasticum beneficium assequuti, sicut ibi-
 dem exprimi consuevit, Sedes Apostolica duxerit succurrendum, perpetuo Vicarius, nisi de Vicaria fecerit mentio-
 nem, commodum reportare non debet de huiusmodi litteris, utpote veritate tacita impetratis: non enim carere be-
 neficio ecclesiastico dici debet; qui competenter de perpetua Vicaria proventibus esse provifum. Et pro habente be-
 neficio sufficienti subsidium ex certa scientia super obtinendo alio beneficio de levi non scribimus; quin faciamus
 de primo in nostris litteris mentionem. Tu denique, frater Episcopo, super te ipso, &c. Datum Laterani 6. Idus
 Januarii, Pontificatus nostri anno 16.

N O T Æ.

Uratislaviensi. In quarta collectione legitur Vratislaviensi,
 Vratislaviensi, sed semper male: resti-
 tuenda est enim inscriptio huius textus ex ipsi. Epistolis In-
 nocent. III. editis a Boloquio, ubi l. 4. regest. 16. ep. 167. re-
 peritur textus hic. Vratislaviensis Diocesis est in Polonia, in
 provincia Silesia; suffraganea Archiepiscopi Genevensis, ut no-
 tavit Bosquet. in notis ad epistolam epistolam. Instituta fuit Epil-
 copatus hic a Regibus Poloniae, teste Stanislaw Labiensi in
 hist. Poloniae, fol. 163. Eius Episcopus Leonardus Sedem in
 Bicinam transiit anno 1047. sed postea an. 1064. Hieronymus
 restituit eam in Uratislaviam. Huius Ecclesie Episcopo
 Cypriano in presentibus Innoc. III. nam ipse in ea flo-
 ruisset usq; ad annum 1217. ut refert Albericus Mireus de rebus
 Bohemæ c. 9.

Perpetuo Vicario. Non temporali; nam commenda, seu
 temporalis Vicaria beneficium non est; secus autem vicaria
 perpetua, cui convenit ecclesiasticæ beneficii distinctio, videli-
 cet per perpetuum percipiendis redditibus propter officium spiri-
 tuale. Clem. 1. de off. vicarii, docent Rebuff. in præf. tit. de
 vicariis perpetuis, Ojeda de incomparabil. l. p. c. 17. Casar de Ec-
 clasiast. disp. 14. §. 8. Barbofa de ser. Episc. p. 2. alleg. 57. nu.
 146. Contingit hac Vicaria perpetua aut quia Ecclesia aliqua
 unita est alteri; cum enim unus Rector non possit utrique de-
 servire, constituitur perpetuus Vicarius in Ecclesia unita, c.
 extendenda, §. qui vero, de prob. c. 1. de capellis monac. vel si
 Ecclesia unita sit monasterio; tunc enim constituitur Vicarius
 perpetuus, qui administrat Sacramenta, d. c. 1. de capellis.
 c. Bonifacii patris. Coniunctive apponit Pontifex, non dis-
 funditive; nam qui habet patrimonium etiam uberrimum, po-
 test petere beneficium ab Episcopo, cum nemo teneatur pro-
 priis stipendiis militare: quare est conlequatur litteras expe-
 ctativas ad beneficium, non facta mentione patrimonii, non
 ideo litteræ vitiantur. Olim autem, qui patrimonium habe-
 bat, stipendiis Ecclesie non alectatur, c. clericus, l. q. 3.
 d. Apostolum. Id est secundum formam præscriptam in c.
 cum secundum, de prob. Quæ etiam dicitur in forma communi,
 c. 13. de state, & qual. & in forma pauperum, quia similia
 rescripta tantum pauperibus, dabatur, c. si pauper, de prob.
 in 6. notant Alcefera, & Florens in præfatis.
 c. 371. Qui est Christi 12. 13.
 Textum hanc expoluit in c. adeo, hoc tit.

Nonnulli gratia Sedis Apostolicæ abutentes, litteras ejus ad remotos iudices impetrare nituntur, ut reus fatiga-
 tus laboribus, & expensis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere teneatur. Cum autem per iudicium
 injuriis aditus patere non debeat (cum juris observantia interdicit) statim, ne quis ultra duas dietas extra suam
 diocesim per litteras Apostolicas ad iudicium trahi possit: nisi de assensu parium fuerint impetratæ, vel expressam
 de hac constitutione fecerint mentionem. §. Sunt & alii, qui se ad novum genus a meritioni convertentes, ut vel
 sopitas possint suscitare querelas, vel novas immittere quæstiones, fingunt causas, super quibus a Sede Apostolica lit-
 teras impetrant absque domino mandato; quæ vel reo (ne propter eas laborum, vel expensarum dispensationem im-
 pleatur) aut actori (ut per ipsas adversarium indebita molestatione fatiget) venales exponunt. Cum autem lites re-
 stringende sint potius quam laxande, hac generali constitutione sancimus, ut si aliqui fuerint quæstione de
 cetero sine specialis mandato domini litteras Apostolicas impetrare præsumpserit, & litteræ illæ non valeant, & ipse
 tanquam c. fallarius puniatur. Nisi forte de illis personis exiterit, a quibus non debet exigi de iure mandatum.

N O T Æ.

Generali. Lateranensi videlicet, celebrato sub Inno-
 centio III. ubi can. 37. reperitur textus hic. De hoc
 Concilio jam novella adduxi in c. 1. de Summ. Trin.

COMMENTARIUM.

EX hoc Concilio Lateranensi canonem sequens communiter
 deducitur assertio: Non valet rescriptum per quod quis tra-
 hatur ultra duas dietas extra suam diocesim. Probat eam text. in
 c. dilectus 29. hoc tit. c. statim, l. 1. §. cum vero, eod. tit. l. 6.
 c. ex parte, de foro comper. c. olim 7. de except. c. ut officium,
 vest. de iur. de heret. l. 6. c. ult. de officio deleg. eod. tit. Inno-
 centio VIII. in bulla relata ab Azevedo in l. 10. tit. 7. l. 1.
 reop. Roza in notis, tit. de rescrip. dec. 34. docent plures relati
 a Barbofa in presentibus, quibus addendi sunt Renatus Chopinus
 l. 2. de sacra potest. tit. 4. n. 5. Pet. Greg. in presentibus, Salgado
 de protec. Regis, l. p. c. 24. a. n. 41. c. 2. p. c. 1. Balboa d.
 c. olim, n. 7. de except. ERob. de lege Pontificis, c. 42. n. 1.
 Phebo c. 2. dec. 138. Parladorus l. 3. quest. q. 14. Uranius,
 & Paquanus in presentibus, Marchellanus de consuet. parte 2. nu.
 33. Moez in d. c. statim, §. cum vero, n. 45. Alcefera in
 presentibus.

5
Concilio
Probat.

3
Impugna-
tur tradita
assertio.

petratum, ut iudex cognoscat ultra duas dietas, si expressam
 faciat mentionem huius Concilii, sic arguenter. Ad derogationem
 Concilii generalis non desideratur specialis illius mentio;
 ut docent glossa & Abbas in c. ex parte, de capellis, monac.
 Barbofa in presentibus, n. 10. Covarruvias, & Molina, quos
 refert, & sequitur Balboa in c. 1. de iudicibus, num. 4. Basilius
 lib. 8. de matrim. cap. 19. §. 2. num. 19. Sed præfatus constitu-
 tione est Concilii generalis Lateranensis: ergo non desideratur
 eius expressa mentio.

Quæ difficultas minime obstante, defendenda est præfata as-
 sertio, pro cuius expositione sciendum est, dietam in utroque
 iure diversimode accipi: perurumque sumitur pro cubiculo do-
 mus ad unum utrum separato, in quo alii ex ipsa domo non
 versantur: quo in sensu accipitur in l. uxorem, §. 1. ff. de leg.
 §. in codicillis 34. ff. de usufructu legato, l. si avus 13. §. sed
 ff. de usufructu, l. Senatus, §. 1. ff. de legat. 1. l. 1. §. hoc
 autem, §. ad Sullanum, l. legi 35. §. legi, ff. de legat. 3. l.
 in factum 12. §. idem, ff. de iurdo instructo, l. §. per ius 13. §. 1.
 illud, ff. de acceptis. Iunctis traditis a Pancirolo lib. 1. var.
 c. 164. Marcello Douato in notis ad Lampridium, fol. 977. r. 6.
 Trapani Critell. Covar. in memorabilibus, verbo Dieta. Quoad
 præfatum vero textum dieta accipitur pro itinere unus diei,
 quod apud nos dicitur Jornada, ut notant D. Sebastianus Covar-
 ruvias in Theodoro, verbo Dieta, Zerda in adversariis sacris,
 c. 156. n. 9. quam vocem Latinam esse docuit Marcus Varro
 de lingua Latina, quamvis Galfacius barbarè usurpatam affir-
 met in c. ex parte, de foro comperenti. Qualiter tamen dieta
 computari debeat, aut taxari, non satis liquet apud Inter-
 pretes, ut videre est apud Menochium de arbit. casu 206.
 Orosium, & Alexandrum in l. 1. §. si quis cautum, C. evallum
 communium apud Romanos, q. 897. Robadillam l. 4. polit. c. 19. nu.
 317. Azavedo in l. 29. tit. 7. lib. 1. reop. illud autem con-
 stat, Romanos viginti millia passuum pro qualibet die, seu
 dieta constituisse, ut constat ex l. 1. §. si quis cautum, l. Feire
 53. §. aliud, ff. de excusat. tutor. l. 2. §. si quis iussu, qui ordo
 in honorum possess. c. 3. ff. de verbor. signific. ubi notatur qui
 gentis, & Fornerius: cuius moris dimmerandi finera per mil-
 liaria vulgo millas, extat exemplum in l. omnia, §. de iussu
 de offi.

4
Dieta
quid.

